



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Handleitung Zu leichterem Gebrauch Der Geist- und  
Sittlichen Unterrichten In Ewigen Wahrheiten**

**Calino, Cesare**

**Augspurg ; Graez, 1744**

**VD18 80280064**

Dominica In Albis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49389](#)

## 100 INDEX

est pro nobis, quām fuisset opus, quippe qui unicā sanguinis gutta redimere nos potuisset: abunde voluit satisfacere. Oigitur nos ignavos, qui pro peccatis nostris nos satisfecisse putamus modicā pœnitentiā! Nōnne plus meruit & Christi charitas, & nostra iniquitas? Supererogatoria quædam pœnitentiæ opera sunt suscipienda, quia peccavimus, & quia peccare deinceps possumus. *Mense III. Disc. 90. pag. 622.*

## DOMINICA IN ALBIS.

I.

*Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Joan. 20.*

Singulare Christi in omnes fideles suos beneficium est institutio Sacramenti Pœnitentiæ. *Mense XII. Disc. 352. pag. 302. à num. 8. ad finem.*

2.

*Dominus meus, & Deus meus. Joan. 20.*

Hæc Thomæ professio confundit Atheorum perfidiam, qui negant esse aliquem Deum: confundit Epicuræorum stultitiam, qui negant, curam esse penè Deum de rebus humanis; non enim solus Deus, sed & Dominus est. *Mense II. Disc. 39. pag. 122.*

3.

3.

*Nisi videro, non credam. Joan. 20.*

Difficulter Thomas ad credendam Christi resurrectionem inductus est: videre prius voluit, deinde primū credere. Multi peccatores credere non volunt, Deum peccatis ad iracundiam provocari, donec flagella jam videant. Hinc omnis calamitatum origo: peccata à sceleratis hominibus perpetrata eas in cervices nostras provocant. *Mense IV. Disc. III. pag. 348. ad num. 7.*

4.

*Noli esse incredulus, sed fidelis. Joan. 20.*

Sunt nonnulli de sua quasi justitia ac probitate præsumentes, qui dum calamitates publicæ immittuntur, omnem culpam in peccatores conjiciunt iisque irascuntur, quasi ipsi omnis culpæ vacui essent: non credunt, semetipsos etiam esse in causa. Noli, quæso, esse incredulus, sed fidelis tui ipsius cognitor. Nam nisi nunc quidem gravis peccati reum te non invenias, fuisti tamen aliquando reus, ut propterea Deus punire te possit, quod si mortaliter nunquam peccaris, sufficiunt ad infligendam tibi pœnam sola venialia, quæ tam frequenter commititis. *Mense IV. Disc. III. pag. 358. à num. 7. ad finem.*

g 3

DOMI-

